



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

12. De sepultura & portione Canonica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

## C A P. XII.

## De sepultura &amp; portione Canonica.

**L**ocus sepulturæ Ecclesiasticæ est Ecclesia & Cæ-  
miterium quasi dormitorium authoritate Epi-  
scopi ad sepulturam deputatum.

Incumbit præceptum misericordiæ, si nemo aliis **2**  
ad qui sepeliat fidelia corpora etiam sub mortali  
sicut lib. 2 tract. 3. c. 6.

Ius sepulturæ communi iure competit Ecclesijs **3**  
parochialibus ex priuilegio papali etiam Religiosis.  
V.C. Prædicatoribus Minoribus.

Religiosis & Clericis, seuerè prohibitum est, ne **4**  
quenquam ad vouendum aut iurandum inducant,  
ut potius in ipsorum Ecclesia sepulturam eligat id-  
que sub excommunici ipso iure incurrenda & Papæ  
reservata.

Puberes quilibet arbitrium habent sepultu-  
ram extra Parochiam eligere possunt.

Religiosi cum non sint sui iuris ius sepulturæ eli-  
gendi non habent, nisi à Monasterijs multum dissitis  
decedant. Nouitij antem sepulturam eligere arbitra-  
tu suo possunt.

Cum Religiosi nondum sint **7**. Religiosorum ge-  
nerales possunt eligere sepulturam extra Monaste-  
rium.

Quinnulla electa sepulturā decedit sepeliendus est **8**  
in propria parochia nisi sepulchra maiorum ha-  
beat.

Famuli Religiosorum intra Monasterium vel **9**  
collegium morientes in illorum Ecclesiis sepeliri pos-  
sunt.

Omnes fideles in loco sacro sepeliendi sunt, nisi **10**  
Ss 5 con-

conster decessisse impœnitentes vel nisi ob Catol.  
campœniam aut censuram prohibeantur.

11 Catechumeni in loco sacro non sunt sepeliendi,  
nempe qui non communicauit in Paschate : Ecce  
nisi adferat causam: Vsurarius manifestus, Religiosus  
manifestus proprietarius, manifestus raptor; si tamen  
hi ante mortem reconciliati aut signa pœnitentia e-  
diderint, idque testimonio vnius hominis, sepeli-  
possunt: Excipe qui moriuntur in hastiludio etiam  
signa pœnitentia ediderint, non sunt in loco sacro  
sepeliendi.

12 Omnis peccator mortalis notorius sepultura li-  
cra prohibetur, si eum absque pœnitentia decessit  
præsumi possit, qui in adulterio occisus non est  
sepieliendus, quia non præsumitur contritus decessit:  
contritio enim est quid facti, factum autem non præ-  
sumitur sed ostendi debet.

NB. Si alicuius corpus in aliqua Ecclesia ad quam  
iure non pertinebat, sepultum fuit, exhumari & re-  
stitui debet cum omnibus oblationibus si petantur.

13 Duplex est portio Canonica, yna Episcopalis cer-  
ta portio tertia vel quarta pastoralis debita Episco-  
po ex oblatis funeralibus & legatis, quæ facta sunt  
Ecclesiis, sed per consuetudinem plurimis locis (et  
oblata) alia est portio parochialis (quæ Ecclesiapo-  
rochialis), in qua aliquis de iure sepieliendus fuerit,  
debetur in legatis & oblationibus funeris factis ec-  
clesiae illi in qua sepultura electa est, & hæc por-  
tio varia est, per consuetudinem  
etiam aboleri po-  
test.

TRA